S. CÆCILIÆ VIRG.
MARTYRIUM
CONCENTUS SACRI

In Inſigni Collegiata Eccleſia

SS. IO:, & REPARATÆ

Vigilijs Nocturnis

A Societate Muſicæ Profeſſorum ſub Titulo

S. CÆCILIÆ

Habendi die 3. Martij 1689.

ILLVSTRISSIMO D.D.

IACOBO LVCCHESINI

CANONICO ECCLESIÆ CATHED.

LVCÆ, MDCLXXXIX.

Typis Mareſcandoli. *Superiorum Permiſſu.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM PRIMÆ PARTIS.

CÆciliæ, Valeriano, & Tiburtio, ad Tyrannum dum pertrahuntur, Idolatrarum turba inſultat. Eorum conſtantia (ſed nequicquam) tentatur, Furente Tyranno deputantur ſupplicijs. His affecti Valerianus, & Tiburtius mortem obeunt, ſuperſtite Cæcilia a Tyranno ſervata.

ARGVM. 2.

COnqueritur Cæcilia mortem ſibi negatam. Iterum a Tyranno eius exploratur conſtantia, ſed fruſtrà. Crudeliter animadvertitur in Chriſti Sponſam. Semiviva relinquitur, ut ſit pœna prolixior. cedenti è Vita Angelorum Cætus modulatur Triumphum.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIME D.

TRiumphales plauſus invictæ Martyris CÆCILIÆ cum in publicum prodire deberent, ad te unum cum optimè de Muſice meritum Mecænatem, tùm clientem tanta Patrona digniſsimum par erat confugere. Huc accedit, quod ſi D. Leo Canonicus Santucci ingenioſiſsimus Muſarum Alumnus, & nulli merito ſecundus, vel mutis characteribus noſtræ Heroinæ virtutem exponere, eiuſque Martyrium candidiſsimo ſtylo mirè potuit adũbrare; tibi licuit illos vivis vocibus animare, & hoc ipſum graphicè ſub aſpectum ponere, ſed citra pœnam, & ſanguinem, quòdglorioſæ. Sic il-

lam magnam Animam more veterum plauſibus, & concentibus fuiſti proſequtus Cœlorum muſicas repetentem,& triumphos. Quare ne habeas exiguum quod munus exhibemus, ſed numeris omnibus, quòd tuis, abſolutiſsimum, & quòd omne muſicum genus Deorum opus opinabantur Pythagorici. Præterquàm quòd tantæ Virginis Encomia apud te maiori in pretio eſſe quovis theſauro non ignoramus. Excipe igitur in te noſtræ obſervantiæ pignus; dum nos interim hanc Tutelarem Dominam enixè rogamus, ut quando minus eſt nobis quas habemus gratias referendi facultas, ipſa tibi cumulatè rependat. Vale.

Illuſtriſs. Dominationis Tuæ

Lucæ Quinto nonas Martij 1689.

Humill., & Addictiſs. Servi
Muſicæ Profeſsores Societatis S. Cæciliæ.

S. CÆCILIA

PARS PRIMA.

INTERLOCVTORES.

S. CÆCILIA.
VALERIANVS.
TIBVRTIVS.
TYRANNVS.
CHORVS IDOLATRARVM.
CHORVS ANGELORVM.

Ch.Idolatrarũ PErge, perge crudeles ad pęnas,
Turba terris, inviſaque Cœlo.
Oſtinata tua pectora, telo,
Franget diras Mors inter arenas.
Perge, perge crudeles ad pęnas.

Tyran. Ergò miſeri demum
Divûm iuſſis, & męis
Parviſſe negatis?
Obſequia ergò non eis, Thura non datis?

S. Cæc. Lignis incenſa dare,
O ſtultitiam inſignem!
Fumum non quidem eis, dabimus ignem.

Ch.Idol. Cultor Numinum fide,
Contra hæc monſtra, ſit tibi
Decus illorum cordi. Occide, occide.

Tyran. Quam vos manet ſæviſsima ſors,
Enſi datos, & Feris in eſu!

S.Cæc.Val.Tib. (Pro te lata dulciſſime Ieſu,
(O' quam chara per vulnera Mors!

Digitized by Google

Tyran. Vobis dum verba dantur,
Donec præſentia, reis, Vos non videtis
Quæ tormenta parantur,
Non eſt mirum, ſi ridetis
Flammas procul, & abſentes;
Ferarum dentes,
Nec dum virgas in terga ſonoras.
Tiburti & tu laboras
Horum pari dementia?
Nec te pudet eorum ſequi veſtigia,
Tanta linguæ licentia,
Tanto Divum contemptu? Et quę pręſtigia
Cœcant veſana mentem?

Tibur. Pudet me iam ſequtum,
Dolet, te nunc ſequentem
Monſtra, verò pro Deo, tàm ſtultè ſtigia.

Tyran. Audax modum pone dictis
Maledictis.
Fervent minæ,
Ruinæ.

Tibu. Non eſt cur ſibiles.
Hi, tandem perfide,
Enſes horribiles
Præferant ſe.
Tandem immanibus
Secures ictibus,
Ferarum agmina
Impaſtis rictibus
Minuta in fragmina
Diſsipent me.

S.Cæc.Tib.Val. Tot minæ,
Ruinæ
Iam præferant se.

Va er. Quid Tyranne, quid ais?

Vile

Digitized by Google

Vile ne genus, tibi, & corde pavidum,
Chriſti, videtur, noſtri?
Iſtud pectus ſi trahis
In Theatra; num Monſtri
Trepidabit os rabidum?
Terrebitur voracis
Num fornacis ardore?

Tyran. Quid fornacis, quid Monſtri?
Pluris ſævitiæ in vos crede in me fore.

Valer. Fronte rigida, & ſuperba
Iacta, iacta crudeliſſime
Tua deliria,
Tua martyria,
Fata miſera, & acerba;
In nos mortis funeſtiſſime.
Fronte rigida, & ſuperba,
Iacta, iacta crudeliſſime.

Tyran. Potens ut ego ſum dextera ultrici
Perdere letho te, letho infelici;
Etiam planè tu ſcias mihi eſſe datum,
Reddere poſſe te,
Læta ſorte beatum.

Valer. Hoc idipſum quod ſcio,
Avidius illam ſortem
At te rogo per mortem.
Superbe
Tyranne,
Tua bona
Et honores,
Tiburt. Valer. Theſauri
Nitores,
Tua ludicra dona
Contemno, nõ curo, ſint procul a me.
In Cœlo beari promittor à ſpe.

Ch.

Digitized by Google

Ch. Quoaduſque sines Numina,
Et te contemni o Dux?
Condit horrore trux
Cœlum ſua lumina.

Tyr. Non eſt cur detur meo calcar furori,
Qui forte infremit diu corde ſub imo.
Mori perfida, mori
Monſtra iam nunc præcipio iſta bipenni.

Cæc. Falleris. tu nos imo
Donas vitæ perenni.

Tyr. Has ſævi Tortores
Vltores
Tumentes
Deprimite mentes,

1.*ex Ch.* Pertinax cedit cor? *Val.* Noſtrũ? non quidem.
Ch. Eripiunt vitæ te. *Val.* Vitæ pertæſum.
Ch. Perdatur Cervix ei. *Tib.* Perdam, non fidem.
Ch. Avellant, ſinu Cor. *Cæc.* Non corde Ieſum.

Finis Primæ Partis.

Digitized by Google

PARS SECVNDA.

S. Cæc. LIdiſſime Tortor,
Revertere,
Exhortor.
Quo chare petiſti?
Tu magis immitis,
Quo parcior,
Quia mitis,
Sic me deriſiſti?
Terræ ferrum allidis,
Linquis me, parcis iræ, & nō occidis.
Ità Tyranne immanis
Promiſſis vanis,
Ludicra ſpe
Eluſiſti tu me, minis infidis.
Sinum do; iubes mori; & nō occidis.
Socios tu cæde meos
Cumulasti Coronis.
Invide eiſdem donis
Cur privare me velis?
Tyr. Tactus pietate tui. *Cæc.* Pietas crudelis.
Iræ cur tardas me dare furenti?
Tyr. Ipſam te, nimium pius
Sanę reddere menti adhuc exploro.
Cæc. Ego cultrix unius,
Veſtros Deos,
Igne reos,
Non adoro, non adoro.
Tyr. Quam me miſeret tui! precor veſani,
Cōtrahae furoris lora. *Cæc.* Oh quot tu verba
Studio iactas inani!

Digitized by Google

Tali fructu, & ſorte pari,
Rete ventos ſtultè ligas,
Prece ſcopulos fatigas.
Verba iactas ſurdo mari.
Ferrum flammis, Silex undæ,
Oſtinatis cedunt victa.
Sed hoc pectus per tua dicta
Plus dureſcit; verba effunde
Quot vis blanda, vel irata.
Ligna, ſaxa, æra tua, Divum decoro
Stultè titulo ornata, [adoro.
Audiant Cœli, audiat terra, io non.

Tyr.Ch. Licet hoc impia neges,
Hauſta tormento ardoris,
Eris victima Deis, licèt invita.

S. Cæc. Non equidem, non ità,
Sed hoſtia Sponſi, & Crucifixi amoris.

Tyr. O Cœli lumina,
O ſpreta Numina,
Et eſt poſſibile,
Quod huius fœminæ,
Non ſit flexibile
Perfidum Cor?
Viliori a ſemine
Sexus, invadimur;
In furias agimur
Ridenda vi.

S. Cæc. Ex hoc diſce tu, quis
Tribuat imbelli Deus fœminæ vires.
Et eum mecum colendo,
Erga ſculpta illa tua iam non delires.

Ch. Quanti te faciat, vide.
Non diutius ferenda. occide, occide.

Tyr. Monſtrum illud arcete

Tan-

Tandem oculis meis.
Igni ferro delete.
Sævo tamen hoc curæ erit Tortori;
Vt ea ſub enſe ſuo ſentiat ſe mori.

Ch. Concidant Rotæ horribiles
In fragmina Ream mille.

Ch. alius Abſumant eam terribiles
Crudeliter favillæ.

Ch. Raſtra,
Præla,
Tela,
Cruces;

Ch. alius Truces
Spheræ,
Feræ,
Ardores,

Ch. uterque { Morte lenta.
Illi geminent dolores,
Illi cumulent tormenta }

S. Cæc. Tecum Vita quid hic geram
Mihi gravis, cordi ingrata?
Per tot vulnera beata
Cur exire iuſsa negas?
Mors o pulchra fronte legas,
An tu mihi ſis optata,
Vel ſi triſtis ægrè feram.
Mihi gravis, cordi ingrata,
Tecum Vita quid hic geram?
O Amor,
O Ieſu,
Per chara
Tua tela,
En languens,
Anhela,

Per-

Digitized by Google

Perfuſa cruore,
Cor fixa ſuſpiro;
Conſumpta,
Suavis,
Ardore
Tuæ facis;
In oſculo
Pacis,
En dulciter
Spiro.

Ch. Ang. Veni Veni
De Cubilibus Pardorum.
Iam hyems tranſijt feritatis;
Imber abijt, & dolorum.
Pſalmis,
Palmis
Decoraberis
Hac die tuæ ſolemnitatis.
Coronaberis
Gloria diæ perennitatis.

FINIS.